

# Urkundenlese aus dem Zistercienser-Frauenkloster Ebersegg

Autor(en): **Schneller, Joseph**

Objektyp: **Article**

Zeitschrift: **Der Geschichtsfreund : Mitteilungen des Historischen Vereins Zentralschweiz**

Band (Jahr): **4 (1847)**

PDF erstellt am: **11.09.2024**

Persistenter Link: <https://doi.org/10.5169/seals-110026>

## **Nutzungsbedingungen**

Die ETH-Bibliothek ist Anbieterin der digitalisierten Zeitschriften. Sie besitzt keine Urheberrechte an den Inhalten der Zeitschriften. Die Rechte liegen in der Regel bei den Herausgebern.

Die auf der Plattform e-periodica veröffentlichten Dokumente stehen für nicht-kommerzielle Zwecke in Lehre und Forschung sowie für die private Nutzung frei zur Verfügung. Einzelne Dateien oder Ausdrucke aus diesem Angebot können zusammen mit diesen Nutzungsbedingungen und den korrekten Herkunftsbezeichnungen weitergegeben werden.

Das Veröffentlichen von Bildern in Print- und Online-Publikationen ist nur mit vorheriger Genehmigung der Rechteinhaber erlaubt. Die systematische Speicherung von Teilen des elektronischen Angebots auf anderen Servern bedarf ebenfalls des schriftlichen Einverständnisses der Rechteinhaber.

## **Haftungsausschluss**

Alle Angaben erfolgen ohne Gewähr für Vollständigkeit oder Richtigkeit. Es wird keine Haftung übernommen für Schäden durch die Verwendung von Informationen aus diesem Online-Angebot oder durch das Fehlen von Informationen. Dies gilt auch für Inhalte Dritter, die über dieses Angebot zugänglich sind.

# C.

## Urkundenlese

aus dem

### Cistercienser = Frauenkloster Ebersegg.

---

1274 bis 1295.

---

(Von Joseph Schneller.)<sup>1)</sup>

---

1.

1274, 12 Herbstmonats.

Rudolfus Constantiensis electus fundationem et dotationem claustrum monialium Cisterciensis ordinis apud Eberseche<sup>2)</sup> in omnibus partibus confirmat.

Abgedruckt Bd. I. 33.

2.

1275, 25 Heumonats.<sup>3)</sup>

Cum ob rei geste memoriam conservandam, litis seu questionis materiam precavendam, obliuionemque novercam memorie propulsandam, necesse sit et expediens, ut facta | priorum posteris

- 
- 1) Die Urschriften werden alle im Klosterarchive Rathhausen aufbewahrt, und wurden mir durch die Hand der Wohllehrw. Frau Abtissin gütigst mitgetheilt.
  - 2) Die nunmehrige kleine Thalgemeinde Ebersegg liegt im Canton Lucern, 1 Stunde von Altishofen, und 2<sup>1</sup>/<sub>2</sub> Stunden von Zofingen entfernt.
  - 3) Außer dieser urschriftlichen Stiftungs-Urkunde findet sich im Archive Rathhausen noch ein zweiter Brief, ähnlichen Inhalts, vor, beglaubiget und besiegelt durch den Sängere der Stift Zofingen, Johannes von Bütikon, unterm 4 Hornungs 1322. — Eine spätere Uebersetzung hat Neugart. (II. 293.)

perpetuanda, scripturarum testimonio fulciantur. Norint vniuersi quos nosse fuerit oportunum, quod nobilis vir. R. dominus de Balma, et Jacobus | de Vischebach Ciuis Zovingensis, Claustum monialium Cisterciensis ordinis, quod in terminis ville de Ebers-egge, Constantiensis diocesis, consensu prefati diocesani ac | Plebani loci, videlicet decani in altlishoven liberaliter accedente fundarunt, in honorem dei, ac matris eius virginis gloriose, submit- tentes illud et subesse volentes | in perpetuum cum personis et rebus domui sancti vrbani prefati ordinis et diocesis antedicti, bonis subscriptis in ipso foundationis principio dotauerunt, videli- cet, Primo | prefatus Nobilis dedit pro dicta fundacione ordini et Monialibus dicti loci ipsam villam Ebersegge, et iuspatronatus Ca- pelle eiusdem, cum omnibus rebus, juribus, | proventibus et per- tinentiis eorumdem, libere et absolute ab ipsis in perpetuum pos- sidenda, procurans nichilominus, quod dominus Constantiensis, loci diocesanus, dictam capellam | cum suis juribus tam spiritua- libus quam temporalibus a sua jurisdictione absoluit, et prefatis Monialibus concessit et tradidit pleno jure retinendam pacifice | et possidendam, et insuper predictas Moniales et locum ipsarum cum personis et rebus a sua etiam jurisdictione absoluit, et concessit eis ibidem Abbaciam ordinis | predicti construere, et habere Ci- miterium, et ius sepulture, et gaudere libertatibus ordinis ante- dicti, prout hec omnia in literis sue concessionis et exemptionis plenius | continentur. Item predictus Jacobus fundator dicti loci dedit libere et absolute villam suam de Wegeringen, dicte funda- tioni contiguam, cum omnibus Juribus | et pertinentiis eiusdem, tam in agris, pratis et siluis adiacentibus, vbi habent plene de terra arabili circa abbaciam ad quinque aratra et amplius, et fe- num | sufficiens tam pro aratris quam pro vaccis et ovibus suf- ficientibus Conuentui pro dicto loco, ad quam etiam terram exco- lendam dedit incontinenti boves et equos | plene ad tria aratra instauranda, et vaccas et oves que pro lacticiniis et lana suffici- unt Conuentui primordiali. Item dedit vndecim Sco- | pozas allo- dii sui sitas in villa Egozwile que soluunt . xi. lib. in denariis et annona, et Lacus ibidem sitos pro piscatione. Item dedit . viij. Scopozas sitas | in villa Langenowe, que soluunt annuatim . vij. lib. et x. solidos in denariis et annona. Item duas Scopozas si- tas in villa Badachtal que soluunt . xxxii. | solidos. Item dedit

vnam Scopozam sitam apud witckon que soluit . xij. solidos. Item vnam scopozam sitam apud Witoldingen, que soluit. x. solidos. Item dedit | vnam vineam sitam ante Municipium de Liechtstal. Insuper dominus Waltherus de Bvtinkon miles dedit dicte foundationi quoddam nemus dictum Esche, | bonum cum noualibus suis que soluunt annuatim ad minus duas libras. Item . Anshelmus dictus Berwardi Civis Zovingensis dedit dicto Cenobio vnam Sco- | pozam sitam in villa Nebinkon, que soluit . x. Modios Spelte. Item Waltherus et Wernherus de Bodenberg dedit (sic) unam siluam ipsis vtilem et necessariam sitam apud | Imz- cenbuel. In horum testimonium et robur presens scriptum sigillis predictorum fundatorum vna cum sigillis honorabilium virorum, videlicet L. prepositi et Capituli Zovingensis | est firmiter communitum. Actum apud Ebersegge quod nunc dicitur Pura vallis. Anno domini . M. CC. LXXV. crastino beate Marie Magdalene. <sup>1)</sup>

1) v Balms Siegel hängt ganz; jenes des v. Fischbach etwas Weniges zerstört. — Die Freien von der Balm führten in ihrem Siegel einen auf drei Branken aufrecht stehenden, rechts gefehrten, Löwen mit langem Schweife. Rudolf der ältere, der Stifter von Ebersegg, hatte ein rundes Siegel in der Größe eines Brabanterthalers, mit der Umschrift: † S' ROVDOLFI : DE : BALMA : (siehe Beilage Tab. II. Nr. 1.) Das Siegel Rudolfs des jüngern, des Antheilhabers am Morde Königs Albrecht, ist kleiner aber schöner geformt. Es hängt nicht mehr an einer Urkunde vom 29 Augstm. 1306 (Archiv Rathhausen), nur in einem kleinen Bruchstücke, Urkunde vom 21 Augstm. 1306 (Hausarchiv Pfiffer v. Altshofen), aber wohl erhalten an einem Briefe vom 9 Jän. 1309 (Archiv St. Urban.) Einzig ist in diesem Siegel bei Rudolf das V vor dem O gestellt.

Das Siegel des Mitstifters Jacobs v. Fischbach, Bürgers zu Zofingen, ist oval, führt zwei gegen einander gefehrte, etwas gebogene Fische, und hat in Umschrift: † S' IACOBI : DE : VIS . . . . . (Tab II. Nr. 2.)

Die Abtissin des Klosters Ebersegg führte ein ovales Siegel, dessen Bild eine Nonne mit Stab und Buch darstellte, mit der Umschrift: † S. ABBATISSE. PVRE. VALLIS. (Tab. II. Nr. 3.) Mehrere alte Urkunden unter den Ebersegger-Briefen werden durch die Klostersvorsteherinnen besiegelt; allein an keinem Einzigen hing mehr das Insteigel. Erst bei einer Urkunde vom 22 Herbstmonats 1337 war ich so glücklich, auf ein ziemlich gut erhaltenes Siegel zu treffen.

Bevor der Convent siegelfähig war, siegelte die Meisterin gemeinsam für sich und ihre Mitschwester; daher die obige allgemeine Umschrift.

1273, 20 Herbstmonats.

Nouerint vniuersi presencium inspectores, quod Katerina pupilla de Roggeliswile amore celestium hujus mundi delicias fallaces relinquere, et christo celesti sponso | cupiens adherere, portionem possessionum que sibi ex successione paterna iure hereditario competeat, videlicet medietatem curtis in Roggeliswile quam tenet Wernherus | de Liebingen et soluit annuatim illa medietas. xxx. viii. solidos denariorum, et tria quartalia auene, iiii. gallinas et LX. ova, et unam scoposam sitam in eadem villa quam tenuit | R. de Rigoliswile, et soluit xii. solidos, et tres pullos, et xx. ova pro remedio anime sue et patris sui C. bone memorie de Roggeliswile, dedit et tradidit conventui et | domui de Ebers-egge Cisterciensis ordinis per manum domini Jo. de Roggeliswile tutoris sui legitimi ac patruelis, et de consensu Nobilis viri. H. Comitis de vroburch domini | sui liberaliter accedente, De voluntate etiam Margarete matris sue ac Ottonis fratris sui et — — sororis sue et assensu libero et expresso pacifice in perpetuum ab | eisdem possidenda, Quia in dicto loco habitum religionis assumpsit et vult illic domino famulari. Et quia predicta curtis fuit dotalicium matris sue cui tamen iuri predicta | mater renunciauit coram testibus subscriptis et aliis fide dignis, in manus domini Jo. predicti tutoris puerorum suorum, taliter est inter ipsam et

Nachdem aber die Cistercienserconvente durch Papp Benedict XII. eigenes Siegelrecht erhalten hatten (vergl. Bd. II. S. 21. Anm. 3.), finden wir auch in Ebersegg ein besonderes Conventsfiegel. Dieses muß zwischen 1341—1342 angefertigt worden sein. In einer Urkunde vom Jahre 1341, an dem nechtin mendage vor sant Benedictus tage der da komet in dem Brachod, siegelt die Vorsteherin noch allgemein; am 6 Aprils 1342 und 15 März 1343 erscheint der Convent zu Ebersegg das Erstmal mit eigenem Siegel, und die Abtiffin setzt von nun an ihrem Siegel den Vornamen bei. Ich habe zur Nachbildung das Siegel der letztern Urkunde, als das besterhaltenste, gewählt. Es ist rund, von der Größe eines Fünfrankenstücks, stellt eine sitzende Madonna mit dem Kinde und einer Lilie vor, und in der Umschrift liest man: † S \* CONUE-TUS. DOM. PVRE. UALLIS. (Tab. II. Nr. 4.)

Die getreuen Nachbildungen der 4 Siegel lieferte das Vereinsmitglied, Herr Robert Zünd in Lucern.

conuentum predictum ordinatum, videlicet | quod abbatissa dicti loci que pro tempore fuerit debet prefate Margarete dare singulis annis quamdiu vixerit, xxx. solidos censuales in recompensationem vsufructus qui sibi in | supradicta curte nomine dotalicii compe- tebat. Si vero predicta Katerina filia eius ante mortem matris mortis debitum exsoluat, tunc predicti. xxx. solidi absolute matri cedunt, | et post matris obitum legitimis heredibus Katerine, et reditus (sic) vnus libre denariorum claustro supradicto absolute et libere remanebunt. Si autem mater ante mortem predictae filie de- | cesserit, supradictum claustrum predictos reditus integraliter possidebit. Ita quod de possessionibus illis post mortem Katerine heredibus suis cedere non debet. Huius rei testes sunt: dominus Volricus | quondam abbas in aurora, Jo. cellerarius, C. Custos, monachi sancti vrbani, B. custos et Canonicus Zouingensis, H. viceplebanus in phafena, Volricus de Ifental, Jacobus de Vischebach, R. de Knu- | tuuile, B. dictus Ilmbrecht, burgenses in Zo- uingen, Wernherus de altenbach, C. dictus reise, Jacobus Kramer, et quam plures alii fide digni. In cuius rei testimonium et ro- bur, presens scriptum | est sigillis videlicet venerabilis domini. M. abbatis sancti Vrbani, et Nobilis viri. H. supradicti comitis de vroburch, et B. Custodis Zouingensis firmiter communitum. Ego vero. Jo. | de Roggeliswile tutor supradictus, quia proprium si- gillum non habeo, sigillo B. predicti custodis vsus sum. Ego. B. Custos predictus de rogatu. Jo. | antedicti tutoris, Sigillum meum presentibus duxi apponendum. Actum et Datum Anno do- mini. M. CC. LXX. V. In vigilia beati Mathei apostoli.

## 4.

## 1276, 50 Herbstmonats.

Johannes Episcopus servus seruorum dei. Dilectis in Chri- sto filiabus — — Abbatisse et Conuentui | Monialium pure vallis Cisterciensis ordinis Constantiensis diocesis, Salutem et apostoli- cam benedictionem. | Cum a nobis petitur quod justum est et ho- nestum, tam vigor equitatis | quam ordo exigit rationis, ut id per sollicitudinem officii nostri ad debitum per- | ducatur effectum. Ea propter dilecte in Christo filie vestris justis postulationibus | inclinati, omnes libertates et immunitates a predecessoribus no- stris Romanis Pontificibus per | privilegia, seu alias indulgentias

uobis et Monasterio uestro concessas, nec non liberta- | tes et  
 exemptiones secularium exactionum, a Regibus et Principibus aliis-  
 que Christi fide- | libus rationabiliter vobis indultas, sicut eas  
 juste ac pacifice obtinetis, uobis et per uos | eidem Monasterio  
 auctoritate apostolica confirmamus et presentes scripti patrocínio  
 comunimus. | Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam  
 nostre confirmationis infringere uel ei ausu | temerario contraire.  
 Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omni-  
 potentis dei | et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se no-  
 uerit incursum. Datum Viterbii | ij. Kl. Octobris. Pontificatus  
 nostri Anno Primo.

5.

1276, 4 Weinmonats.

Johannes Episcopus seruus seruorum Dei. Dilectis in Christo  
 filiabus — — Abbatisse et Conuentui Monialium Pure uallis Ci-  
 sterciensis ordinis | Constantiensis diocesis, Salutem et apostoli-  
 cam benedictionem. Sacrosancta Romana ecclesia devotos et hu-  
 miles filios ex assuete pietatis officio propensius | diligere con-  
 sueuit, et ne pravorum hominum molestiis agitentur, eos tamquam  
 pia mater sue protectionis munimine confovere. | Ea propter dilec-  
 te in domino filie uestris justis postulationibus grato concurrentes  
 assensu, personas vestras et locum, in quo di- | vino estis ob-  
 sequio mancipate, cum omnibus bonis que in presentiarum ratio-  
 nabiliter possidet, aut in futurum justis modis pre- | stante do-  
 mino poterit adipisci, sub beati Petri et nostra protectione susci-  
 pimus. Specialiter autem terras, domos, possessiones, | Grangias,  
 redditus, prata, silvas, pascua et alia bona uestra, sicut ea omnia  
 juste et pacifice possidetis, uobis et per vos vestro | Monasterio  
 auctoritate apostolica confirmamus, et presentes scripti patrocínio  
 comunimus. Nulli ergo omnino hominum li- | ceat hanc pagi-  
 nam nostre protectionis et confirmationis infringere, vel ei ausu  
 temerario contraire. Siquis autem | hoc attemptare presumpserit,  
 indignationem omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli aposto-  
 lorum ejus se nouerit | incursum. Datum Viterbii, iiij. Non-  
 Octobris, Pontificatus nostri Anno Primo.

6.

1276, 5 Weinmonat.

Johannes Episcopus seruus seruorum | dei. Dilectis in Christo filiabus Abbatisse et Conuentui Monasterii pure vallis Cyster-  
ciensis | ordinis Constantiensis diocesis, Salutem et apostolicam benedictionem. Devotionis vestre precibus inclina- | ti, presentium vobis auctoritate concedimus, vt possessiones et alia bona mobilia et immo- | bilia, que liberas personas sororum vestrarum, mundi relicta vanitate, ad vestrum Monasterium | convolantium, et professionem facientium in eodem, jure successionis vel alio iusto tytulo | si remansissent in seculo contigissent et ipse potuissent aliis liberis erogare, feoda- | libus duntaxat exceptis, valeatis petere, recipere, ac etiam retinere sine juris preiudicii | alieni. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre concessionis | infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, | indignationem omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se nouerit incursum. | Datum Viterbii. iij. Non. Octobris. Pontificatus nostri Anno Primo. <sup>1)</sup>

7.

1277, 26 Wintermonat.

Nouerint vniuersi presencium inspectores, quod Nos Ptolemeus dei gratia Sardanensis Episcopus vices domini Episcopi Constantiensis | gerentes, Anno domini M. CC. LXXVII. Indictione quinta, in die beati Chonradi Episcopi Ecclesiam dominarum de Ebersecca | ordinis Cisterciensis, cum duobus altaribus sollempniter consecrauimus, videlicet ipsam Ecclesiam cum majori Altari in honore | virginis gloriose, Reliquum quoque altare in honore sancte crucis et beati Vlrici Episcopi et confessoris. Nos quoque | ibidem Cimiterium consecrauimus dicto die. Et quoniam ut ait apostolus: Omnes stabimus ante tribunal Christi recepturi vnusquisque | siue bonum fuerit siue malum, Idcirco oportet nos extremum diem operibus pietatis et misericordie preuenire, volen-

---

<sup>1)</sup> Diese Bulle ist nur noch in einer durch Jacob von Rinach, Propst zu Münster, beglaubigten, und unterm 28 Brachmonat (in vigilia beatorum apostolorum Petri et Pauli) 1341. Ind. 9. ausgestellten Abschrift vorhanden.



tes | igitur ut venerabilis locus sive cenobium predictarum domi-  
 narum congruis honoribus a concursu fidelium honoretur, | omni-  
 bus vere penitentibus et confessis, qui ad locum dictarum domi-  
 narum in anniversario dedicationis earum Ecclesie | atque claustrum,  
 quod erit dominica iiij. post pascha videlicet qua cantatur Iubi-  
 late, causa devotionis accesserint, de misericordia | omnipotentis  
 dei et apostolorum Petri et Pauli confidentes, xl. dies criminalium  
 et annum venialium de iniunc- | ta eis penitentia misericorditer  
 in domino relaxamus. In cuius rei robur et perhennem memori-  
 am, presentem | cedula sigilli nostri munimine duximus roboran-  
 dam. Datum apud Ebersecca die et anno supradictis.

8.

1279.

Ptolomeus dei gratia Sardanensis Episcopus, Venerabilis pa-  
 tris domini. R. Constantiensis Episcopi, | in pontificalibus plenarie  
 vices gerens, vniuersis presentes literas inspecturis salutem in  
 domino. | Quoniam nullum mallum impunitum, et nullum bonum  
 inremuneratum testante scriptura | diuina, Idcirco oportet nos ex-  
 tremum diem elymosinis et bonis operibus prevenire. Cum igitur |  
 Ecclesia et Monasterium sacrarum Monialium in Ebresecca in-  
 stinctu diaboli sit combusta, et ob hanc | combustionem devenerint  
 dicte domine ad nimiam paupertatem, caritatem uestram ortamur,  
 uobis in | remissionem peccaminum iniungentes, ut eisdem domi-  
 nabus Religiosissimam uitam ducentibus, | in subuentione pauper-  
 tatis ipsarum, et Reedificatione claustrum, de bonis a deo vobis col-  
 latis, uestras | pias elymossinas errogetis, Et omnibus vere pe-  
 nitentibus et confessis, qui dictis sacris | Monialibus in Releva-  
 tionem Claustrum earum usque ad perfenitum opus, manum porre-  
 xerint adiutri- | cem, de misericordia omnipotentis dei et gloriose  
 matris eius Marie, xx dies criminalium, et | viginti venialium de  
 iniuncta eis penitentia misericorditer indulgemus. Datum in eodem |  
 loco, Anno domini. Millesimo CC. lxxviiij. Indictione vij. quas  
 literas nostro sigillo precepimus roborari.

9.

1282, 5 Aprils.

Bonitate diuina, Frater Johannes, Letthoviensis Episcopus, ordinis domus theutonice, Christi fidelibus vniuersis, | has litteras visuris, seu audituris, salutem in domino salutarem. Cupientes quoslibet in Christo fideles ad pie- | tatis opera provocare, pro salute propria præmium speciali, omnibus et singulis fidelibus corde contritis et ore confessis, qui | ex devotione locum sanctimonialium et christi ancillarum in Ebersekke, Cisterciensis ordinis, in quatuor sollempni- | tatibus anni, scilicet beate virginis marie, visitauerint, et in die dedicationum ecclesie et per octavas earumdem, et alias quandocunque devocio eos prouocauerit, et in leuamen | paupertatis earum, eis elemosinas contulerint, diuine propiciationis gratiam petitori, auctoritate omnipoten- | tis dei, et beatorum petri et pauli apostolorum eius patrociniis confisi, Centum dies venialium et quadraginta crimi- | nalium, de iniunctis sibi penitentiis, dummodo consensus dyocesani fuerit et voluntas, in nomine domini | misericorditer relaxamus presentibus in perpetuum valituris. Datum Anno domini. M. CC. LXXX secundo, In octa- | ua Pasche.

10.

1283, im März.

Ut in habitis contractibus futuri temporis dispendium caveatur, solent prudentum virorum | acta litterarum apicibus perhennari. Nos igitur Rodolfus de Balma Nobilis, et vxor eiusdem | Iudenta notum facimus presentium inspectoribus vniversis, quod in Bonis seu possessionibus | sitis in Langnowa, videlicet viij. Scoposis usufructum tantum accipere debemus | ad vitam nostram, jure proprietatis apud Ecclesiam de Ebersecca, a qua dictum usufructum | habemus, integraliter remanente. Quandocunque vero nos de medio hujus vite contigerit | emigrare, dicta bona cum omni jure, usufructu et vtilitate, ad Ecclesiam de Ebersecca | absolute et libere revertentur, Nec aliquis heredum aut successorum nostrorum in ipsis bonis jus | sibi aliquod debeat aut poterit vindicare. Testes hujus rei sunt. Dominus Abbas Sancti vrbani | Marquardus, Frater Volricus quondam Abbas in Frienisperch, frater Jo-

hannes de Wunnowa monachi | Sancti Vrbani. R. Decanus in altlishoven, Jacobus de vischbach, et plures alii fide digni. | In cuius rei testimonium, Ego . . predictus R. pro me et vxore mea predicta, Sigillum meum | duxi presentibus apponendum. Datum apud Alpurron, Anno domini M. CC. LXXXiij. Mense | Marcio.

## 11.

1285, im März.

Ea que aguntur in tempore, ne simul labantur cum tempore, litterarum solent apicibus perhennari. | Ego igitur Iudenta vxor Nobilis viri R. de Balma notum facio presentium inspecto- | ribus vniversis, quod ego consensu et voluntate predicti Mariti mei libera accedente, ob reme- | dium anime mee et predicti Mariti mei ac omnium predecessorum meorum dedi et contuli, do et con- | fero per presentes jure proprietario in perpetuum possidenda bona subscripta, videlicet in Schoz redditus | XXIII. Modiorum spelte, et iiij. Avene. Item in Nebinchon vnum Maltrum Spelte, et viij. solidos denariorum. | Item in Altlishoven redditus. xvj. Solidorum, ea conditione adiecta, quod proprietate predictorum bonorum | apud Ecclesiam de Ebersecca, cui donationem ipsam feci, remanente, usufructus eorundem bonorum | michi et predicto marito meo, quamdiu vixerimus, integraliter remaneat atque cedat. Postquam vero | me cum sepredicto Marito de medio hujus vite contigerit emigrare, predictorum bonorum usufructus | cum omnibus juribus, vtilitatibus, apendiciis, prefate Ecclesie cedet ac libere remanebit, Nec aliquis | heredum meorum aut successorum jus aliquod sibi debet in dictis bonis aliquatenus vindicare. Testes | hujus rei sunt, Waltherus de Bvttinchon miles, Jacobus de Vispach, et plures alii fide digni. In cuius | rei testimonium et robur perpetuum, presentem litteram prefate Ecclesie Sigillo predicti Mariti mei tradidi | consignatam. Datum Anno domini. M. CC. LXXXIII. Mense Marcio . .

## 12.

1285, im April.

Ne gestarum rerum memoria processu temporis euanescat, solet prudentum virorum sollercia acta sua litterarum apicibus perhennare. Ego igitur | Rvoldfus de Balma Nobilis notum fa-

cio presentium inspectoribus vniuersis, quod Ego pro salute ac remedio anime mee ac predilecte coniugis mee Ivdente, necnon omnium parentum ac predecessorum meorum. Religiosis Dominabus, Sanctimonialibus de Ebersecca, dedi et contuli, do et confero per presentes, Jus aduocatie capelle de Ebersecca, cum omni iure quo ad me spectare videbatur, Insuper colles et montes, pascua, nemora, prata et aqueductus, que habebam seu jure proprietario possidebam iuxta villam de Ebersecca circumquaque, cum omnibus juribus, vtilitatibus et appendiciis, quocunque nomine censeantur, predictis Sanctimonialibus trado et confero, libere et absolute jure proprietario cum omni jure et actione, vsu et requisitione, ad bona predicta pertinentibus, ab ipsis in perpetuum possidenda. Renuncians pro me ac meis heredibus seu successoribus exceptioni, doli, metus, restitutionis in integrum, ac omni juris auxilio tam canonici quamque ciuili, per quod dicta donatio vel aliquid de predictis posset in posterum irritari. Testes hujus rei sunt. Dominus Marquardus abbas Domus Sancti vrbani, frater vtricus quondam abbas in frienisperch, frater Johannes de Winnowa monachi predictae Domus, R. Decanus de Altlshoven, Jacobus de Vispach, et plures alii fide digni. In cujus rei robur et perhennem memoriam Sigillo meo presentem litteram comunivi. Datum apud Alpurron Anno domini MCCLXXXiij. Mense Aprili.

13.

1286, 9 Weinmonats.

Cvm res gesta in tempore facile queat labi cum tempore, nisi scripturarum antidoto roboretur, Ego Arnoldus de Wediswile notum fieri cupio presentium inspectoribus seu auditoribus vniuersis, quod ego pensata mea salute, diutina deliberatione prehabita, sponte renuntiavi et renuntio per presentes, omni juri aduocatie, quod mihi competebat seu competere poterat in bonis dictis Echhorn, que sita sunt in Wegeringen, que Rvodus de Etiswile, Rvodus Meder, Volricus Molendinator, et Volricus Schvrman, de meo scitu et permissione, pro novem libris denariorum monete vsualis venditionis titulo contulerunt venerabilibus in Christo — — Abbatisse et Conventui in Ebbersegga Cyster-

ciensis ordinis, dyocesis Constantiensis, pacifice et quiete perpetuo possidenda, hoc prouiso, | quod annuatim quatuor denarii censuales de ipsis bonis ad molendinum in Tvetwil presententur, Religiosis loci heremi- | tarum fideliter conferendi. Testes hujus rei sunt. Dominus petrus viceplebanus in Etiswile, Dominus Cvonradus de velthein Mona- | chus Domus Sancti vrbani, frater Volricus de yfendal eiusdem domus Conversus, frater Henricus, frater Arnoldus conversi | in Ebbersegga, Magister burchardus de Sateln, et . . dictus Zvornli et alii quam plurimi fide digni. In premisorum etiam testimonium et | euidenciam, predictis Religiosis in Ebbersegga presentem literam tradidi, Sigillo meo firmiter communitam. Datum | et Actum in Etiswile Anno domini MCCLXXX sexto, festo Dyonisii, Indictione XV.

## 14.

## 1288, 10 Wintermonats

Ne res gesta in dubium ueniat, literarum apicibus a viris prudentibus commendatur. Nouerint igitur | presentium inspectores et auditores vniuersi, quod Ego Volricus de Porta vnum agrum dictum Kriegenberch, quem | H. de Swerzwendi a me in feodum habuit, et ad manus meas libere resignauit, venerabilibus in Christo | domine . . Abbatisse et Conuentui in Ebbersegge, Cyster- ciensis ordinis, Constantiensis dyocesis, dedi, contuli, et omne | jus quod michi competebat uel competere poterat in ipso agro, tradidi per manus proprie protensionem, maxime | cum nichil michi in hac parte deperat, eo quod dictus H. de Swerzwendi alium agrum equivalentem | vice hujus agri mihi contulerit, et in feodum receperit, sicut in nostris partibus crebro fieri consue- | uit. In hujus rei testimonium presentem literam Conuentui in Ebbersegge contuli Sigillo meo | firmiter consignatam. Datum Alburron Anno domini MCCLXXX octauo. iiij. Idus Nouembris. | Indictione ij.<sup>1)</sup>

---

<sup>1)</sup> Auf dem Siegel bemerkt man noch Spuren von zwei geöffneten Thorflügeln.

15.

1289, 4 Aprilis.

Ne rerum gestarum succurente memoria, succrescat obliuio mater litium, materia iurgiorum | expedit ea que geruntur, literarum apicibus perhennare. Nouerint igitur vniuersi ad quos presentes | litere peruenerint, quod nos Heinricus Abbas de consilio Heremitarum, et uoluntate expressa | nostri Conuentus, utilitate nostra pensata, quasdam possessiones nostras sitas in Badaktal | prope Monasterium Ebersegge, quarum possessionum duas Scopozas habuit et possedit a nobis | bis Volricus Molendinator de Badaktal, duas alias Scopozas similiter tenuit a nobis | Cvonradus Hornbach. Item prediolum ibidem, de quo singulis annis nobis x. nummi solvebantur. | de quibus vniversis possessionibus superius memoratis, annuatim recipere consueuimus. xxij. | solidos usualium duobus denariis minus, permutauimus et permutationis titulo alienando a nobis, | tradidimus et tradimus per presentes, uniuersum jus quod in supradictis possessionibus habuimus vel | habere uidebamur, uenerabilibus in Christo — — Abbatisse et Conuentui Monasterii de Ebersegge Cysterciensis | ordinis, dyocesis Constantiensis, recipientes uersa uice ab eisdem dominabus bona subscripta equivalen- | tia uel meliora, In Egozwile iure permutationis dicte domine dederunt nostro Monasterio vnam | Scopozam que uocatur Scopozza Yltenbrehti, que singulis annis pro censu reddere consueuit. X. | Modios Spelte, et XXX. oua. Item ibidem dederunt nobis quandam possessionem que uocatur Fri- | baches gvot, que possessio singulis annis solvebat quinque Modios Spelte, et XV. oua. | inducentes predictas dominas in corporalem possessionem honorum predictorum, sicut et nos ipsarum dominarum | possessionibus predictorum incorporati, secura ac libertate pacifica congaudemus. Renunciantes nichilominus | pro nobis et nostris successoribus omni iuri, auxilio tam Canonici quam civilis, scripto et non scripto, Con- | suetudini, literis impetratis et impetrandis a sede apostolica vel aliunde, et omni actioni que nobis competere | posset in posterum uel ad presens. Testes autem qui consensu predictae permutationis interfuerunt sunt isti. | uidelicet dominus Arnoldus Monachus in Capella dictus de Brugtal, Volricus dictus Snezer, | Waltherus in dem wile de Surse, Cvonradus Rote

de Surse, Jacobus Widemer de Tagmar- | seldon, Volricus de  
phafna in Tagmarseldon, et Conventus nostri Monasterii fere vni-  
uersus. | Joannes de Egozwile, et frater Heinricus conversus de  
Ebersegge, et alii plurimi fide digni. | Acta sunt hec Anno do-  
mini M. CC. LXXXIX, feria secunda proxima post diem palma-  
rum. | Ad euidenciam etiam omnium predictorum et robur incon-  
vulsum, presens litera nostro et Conventus nostri Sigillis | est  
fideliter communita. <sup>1)</sup>

16.

1291, 4 Jännerſ.

Berchtoldus Abbas Morbacensis donationem silvae (Esche-  
holz), abs milite Walthero de Buettinchon sanctimonialibus coe-  
nobii Ebersegge factam, ratam et gratam habet.

Abgedruft Bd. I. 207.

17.

1291, 24 Spornungs.

Cum res gesta mandatur literis, nec oblivionis dampna me-  
tuit, nec impugnantis calumpniam expauescit, Ego itaque Jacobus  
de Schenkon Miles notum fieri | cupio presentium inspectoribus  
et auditoribus universis, quod venerabiles in christo domina — —  
Abbatissa et conventus Monasterii in Ebersegge, Cystericiensis or-  
dinis Constantiensis dyocesis, Margaritham | filiam meam pure  
propter Deum in suum collegium sub regula beati benedicti mili-  
taturam in suum collegium (sic) susceperunt, cui beneficio domina Ita  
de Olten conjux mea di- | lecta nullatenus ingrata, de meo con-  
sensu quedam bona sua in Tagmarseldon, videlicet dimidiam sco-  
posam quam Waltherus dictus Spilman et Henricus filius | eius  
excolunt, et reddit. ij. Modios Siliginis, vj. quartalia avene, et iij.  
pulos. Item dimidiam Scoposam de qua C. Molendinator ij. Mo-  
dios Siliginis, vj. quartalia avene, et iij. pul- | los tribuit annua-  
tim. Scoposam etiam quam Arnoldus filius Ruodolfi dicti Spilman  
habet, maldrum Spelte et iij. pullos inde tribuens, hec inquam  
bona que ad ean- | dem conjugem meam jure proprietario spec-  
tant, cum suis juribus, usuagiis et omnibus apendiciis in posco

---

<sup>1)</sup> Der Gegenbrief liegt in St. Urban.

et in plano, in virgulto et cespite, predicto Monasterio in Ebbers-  
 egga per manum propriam atque manum meam ut pote sui tuto-  
 ris et defensoris voluntarie obligavit, tali conditione, quod dictum  
 Monasterium bona hujusmodi quiete posside- | at, donec XX. li-  
 bre a me uel a meis heredibus illo conferantur, que pecunia cum  
 data fuerit, nihil juris deinceps in talibus bonis remanebit Mona-  
 sterio pre- | libato. Ceterum ego una cum heredibus meis Wa-  
 randiam legitimam dictorum bonorum prestabo in iudicio Eccle-  
 siastico secularive, vel extra, quotiens necesse fuerit, | vel etiam  
 ab eis quorum intererit requisitum. Testes hujus rei sunt: dominus  
 Mathias de Schenkon miles, dominus Waltherus de Schenkon  
 eque miles, patruelles mei, | dominus albertus de Winterberch mi-  
 les, dominus burchardus de Vozyngen Nobilis, Dietricus Rector  
 Ecclesie in Ruswile frater meus, Hartmannus domicellus | de Yfen-  
 dal, Gerungus domicellus de Schenkon patruelis meus, et Ruodol-  
 fus de Olten, aliique plurimi fide digni. In premissorum etiam  
 testimonium Sigillo meo | una cum sigillis honorabilium domini  
 mei Diethelmi de Wolhusen Nobilis, et domini Dietrici Rectoris  
 ecclesie in Ruswile fratris mei, hanc litteram | statui consignare.  
 Nos vero Diethelmus de Wolhusen et Dietricus Rector ecclesie in  
 Ruswile predicti, ad petitionem domini Jacobi de Schenkon | mi-  
 litis amici et fratris nostri dilecti, nostra Sigilla huic scripto fe-  
 cimus apponi. Datum et actum in Ebbersegga Anno domini  
 MCCXC primo, Mathie | apostoli, Indictione iij.

*in Ruswile f. 11*

*Sigill. Rector.*

18.

1294, 27 Mai.

Ego Wernherus cognomento Wiger, burgensis in berno, no-  
 tum facio presentium inspectoribus et | auditoribus universis, quod  
 venerabiles in Christo domina — — Abbatissa et conventus in  
 Ebersegga, Cysterciensis | ordinis, constantiensis dyocesis, que-  
 dam bona sita in Vischebach uulgo dicta Wigens govt, posse- |  
 derunt, in quibus aliquid juris me habere putans, contra ipsas  
 querimoniam actionem move- | re decreveram, sed bonorum me-  
 diante consilio, amicabilem compositionem non repudiaui, recep- |  
 tisque ab eisdem religiosis XXX. octo solidis, monete currentis,  
 ultro renunciaui uiva | voce et renuncio nunc in scriptis, omni  
 juri, inpetitioni vel actioni, quod seu que michi | competere pos-



set super bonis in Vischebach superius memoratis, volens et constituens quod | nec michi nec alicui meorum heredum deinceps liceat huiusmodi bona repetere in iudicio ecclesiastico | secularive, vel extra, maxime cum in hac parte me ipsum omnesque meos heredes, beneficio et auxi- | lio iuris privem presentium per tenorem. Testes huius rei sunt, Dominus Cuonradus de Wetin- | gen monachus sancti vrbani, dominus Nicolaus Incuratus ecclesie in cella, Cuono villicus in Vische- | bach, Henricus filius eiusdem, Wernherus de Niderwile, Volricus frater suus, Ruodolfus Wiger, et Cuonradus | de Hilverdingen, aliique plurimi fide digni. In premissorum etiam testimonium et robur, quia | sigillum proprium non habeo, Sigillis virorum honorabilium domini Volrici<sup>1)</sup> de Palma nobilis, et domini Nicolai | Incurati in cella, hanc literam petii consignari. Nos vero de Palma et de cella predicti, ad | petitionem Wernheri Wiger nostri amici prelibati, hoc scriptum sigillorum nostrorum caractere com- | munimus. Datum et Actum Vischebach Anno domini MCC Nonagesimo quarto, in festo domini | ce ascensionis. Indictione vij.

## 19.

## 1295, 6 Christmonats.

Nos Waltherus et Volricus de Bvtinchon fratres, notum facimus presentium inspectoribus et auditoribus vniuersis, quod licet pie recordationis quondam dominus Waltherus de Bvtinchon miles pater noster | dilectus, valens corpore, quandam silvam dictam Esche sitam inter Hvetwile et Engelbrechtingen, cum suis appendiciis omnibus contulerit, tradiderit, assignaverit, et sollempni donatione facta | inter vivos, dederit in puram Elemosinam domui in Ebersegga, Cysterciensis ordinis, Constantiensis dyocesis, et talis collatio facta fuerit cum ea cautela, quam canones, leges, vel eciam terre consuetudines | in huiusmodi piis collationibus exigunt, sicut vivis testibus et litteris poterat comprobari, nos tamen proprie salutis immemores, eandem domum in ebersegga grauiter dampnificare, enormiter | ledere, et sicut nunc profitemur molestare indebite, occasione dicte silve nullatenus metue-

<sup>1)</sup> Aus Verschen wurde in Melchior Ruffens Chronik (S. 75) Ruodolf statt Ulrich gesetzt.

bamus, Tandem bonorum mediante consilio et maxime domini  
 Wernheri de Eptingen Militis, et domini Hartmanni de Bvtingen |  
 patruelis nostri eque militis, quos vtrimque voluntarie elegimus  
 in arbitros hujus cause, ad indagandam et investigandam predictæ  
 collationis formam, an valens esset an infirma, studuimus industrie  
 laborare. Quod cum | sciremus nos fore insufficientes ad hujus  
 indaginis exercitium, nomine nostro et nomine domine Elyzabethe  
 de Wediswile matris nostre, nec non fratrum et sororis nostre  
 coheredum nostrorum nomine, fide data nomine juramenti pro- |  
 misimus nos ratum et gratum habituros, quicquid de Eptingen et  
 de bvtinchon predicti duo milites, in quos non solum nos et co-  
 heredes nostri, verum etiam Abbatissa et conventus in ebersegga  
 voluntarie compromisimus, super | hoc negotio determinarent, Qui  
 duo arbitri accepta in hac parte plenaria potestate, visis litteris  
 super collatione prefate silve conscriptis, diligente deliberatione  
 prehabita, eandem | piam collationem a patre nostro quondam fac-  
 tam aprobaauerunt, ipsam censentes in suo debere robore perma-  
 nere nobis nostrisque coheredibus siue nostris successoribus super  
 repetitione predictæ silve ex vi compromissi | et arbitrii perpetuum  
 silentium imponendo; et licet sepredictam quondam patris nostri  
 piam collationem vigorosam censerent, tamen ad majorem caute-  
 lam, nos vna cum domina Elyzabetha matre nostra, Rvodolfo | et  
 Johanne fratribus nostris, et agnete sorore nostra, predictam sil-  
 vam Esche, cum suis juribus, attinentiis, novalibus, et appendiciis  
 vniuersis, denuo resignauimus, alienauimus, et publice ac sollempni |  
 stipulatione adhibita tradidimus Cenobio in Ebersegga prenotato.  
 Et nichilominus, paternum morem inmitantes, rursum deuestiuimus  
 nos nostrosque coheredes de re prescripta, et Moniales | de eber-  
 segga de ipsa investimus, protestantes publice viva voce et hiis  
 scriptis, quod nec nobis nec alicui coheredum vel successorum  
 nostrorum quicquam juris remansit in silva Esche, vel in suis  
 novalibus | et attinentiis, si enim aliquid jus in ipsis hactenus  
 habebamus, vi presentium resignamus, eo quod iussu arbitrum se-  
 decim libras denariorum accepimus in recompensationem totius  
 juris quod nobis in Silva | Esche, vel suis appendiciis competere  
 sperabamus. Et ne quis de cetero domum Ebersegga inquietare  
 presumat in possessione silve prenotate, renunciamus pro nobis  
 nostrisque coheredibus ac successoribus vniuersis | omni beneficio


ac patrocínio juris tam canonici quam civilis quam consuetudinarii statuti exceptionis doli mali et in factum, exceptionis non numerate pecunie non tradite non solute, deceptionis ultra dimidiam | justi precii, juris dicentis, generalem renunciationem non valere nisi precesserit specialis transactionis, replicationis, et totius in contrarium allegationis, per quod aliquid de premissis posset ad presens vel imposterum revocari. | Testes hujus rei sunt: dominus Wernherus de Eptingen, dominus Hartmannus de bvtinchon, dominus Johannes de Yfental, milites; Heinricus anshelmi, Johannes ad fontem, Johannes dictus phirter, et Bvrchardus | faber, bvrienses in Zovingen, aliique plurimi fide digni. In premissorum etiam testimonium et robur ego Waltherus pro me ipso et Volrico fratre meo, qui Sigillum proprium non habet, et pro omnibus coheredibus | meis, hanc literam sigillo meo consignavi, cum sigillis virorum honorabilium domini Heinrici Prepositi Ecclesie Zovingensis, domini Wernheri de Eptingen, et domini Hartmanni de Bvtinchon Militum, | quos vna cum heredibus meis hoc scriptum pecii consignare. Nos vero Prepositus, de Eptingen, et de Bvtinchon predicti, ad petitionem Waltheri et Volrici de Bvtinchon suorumque coheredum, hoc scriptum | Sigillis nostris firmiter roboramus. Datum et Actum Zovingen, Anno Domini M. CC. nonagesimo quinto, festo Beati Nicolai episcopi.<sup>1)</sup>

<sup>1)</sup> Daß das Gotteshaus Ebersegg am Ende des 16 Jahrhunderts eingegangen und mit Rathhausen vereinigt worden war, ward bereits Bd. II. (S. 24.) nachgewiesen. Die morschen Klostergebäude wurden nach und nach abgetragen (S. 26.), und selbst die Kirche erlebte nur wenige Jahrzehende des 17 Säculums; denn schon unterm 28 März 1618 gestattet Johannes Hausmann, Generalvicar Bischofs Jacob von Constanz, der Abtissin und dem Convente von Rathhausen, die alte Klosterkirche in Ebersegg zu schleiffen, die dort pflichtigen heiligen Messen und das ewige Licht in die Capelle zu versetzen, und ein Kreuz an der Stelle der niedergerissenen Kirche aufzurichten. (Archiv Rathhausen.)






1. 1275, 23 Heum.



2.



5.

1275, 23 Heum.



3.

1337, 22 Herbstm.



4.

1343, 15 März.